

ANN. XV. - N. 90

MM. DECEMBRI ET JANUARIO

AN. D. MCMXLIV-V



PALAEESTRA LATINA

SUMMARIUM

- | | |
|--|---------------------------------|
| Exercitationes scholares, | TOUS, LAGUNA, SALVADOR |
| De optimo genere oratorum | GUILLÉN |
| Exitus Certaminis | |
| Carinē triumphale, | CANALS-MOLINA |
| De erratione Georgii Pelleterii pueri, | HABERL |
| Adjumenta grammaticalia, | MIR |
| Nova et Vetera, | MIR |
| Commerciū epistulare. | |
| Epistolā soluta | |
| Bibliographia. | ALONSO, RAMOS, MOLINA, BAQUÉ |
| Curiosa et Jocosa. | BLASI, MIRAVE, CASTAÑO |

Ordinarii et Superiorum permissu

Exercitationes Scholares

Coronatio Canonica Cordis

Mariae

Dominica postridie nonas octobres, in templo Filiorum Cordis Mariae in via Patris Claret sito, sollemnis canonica coronatio imaginis Cordis Mariae peracta est. Sacrae pontificali rei praefuit Dr. Modrego Antistes dioecesis Barcinonensis. In presbyterio, in curnu epistulae, sedit Josephus Moscardó, pro Duce Franco. In evangelio cornu aderant Dr. Villar Episcopus Ilerdensis, Rmus. P. Nicolaus García Superior Generalis Missionariorum Cordis Mariae, Superioresque Majores Provinciarum Hispaniarum. Universo coetui praeerant Patroni Coronationis, Provinciae Praefectus, urbis Rector aliquae potestatem habentes. — Cantata missa «Hispaniarum Regina», lectum fuit decretum pontificium et, plaudentibus omnibus et conclamantibus, Dominus Episcopus Barcinonensis sollemniter super Pueri Matrisque caput singula diademata ex auro lapillisque confecta imposuit.

GEORGIUS TOUS
collegit Barcinonensis Cordis Mariae alumnus

Surrexerunt filii ejus...

Postquam nuntius coronationis Cordis Mariae in Collegium pervenit laetitia magna atque studium in omnibus ortum est laborandi ad hunc finem. — Quantum in nos fuit argentum et pecuniam contulimus ad coronam Pueri conficiendam. — Primo jam die festorum adspic-



Georgius Tous, Sergius Laguna, Adolphus Salvador,
qui scite Coronationem Cordis Mariae celebrarunt.

rantes nostri magno fervore ad Rosarium Matutinum adcurrunt. — Praeterea magna pars scholae bachalaureatus concessibus in Sede Balmesiana celebratis adfuerunt. — Denique universum Collegium die quarto octobris se sociavit publico puerorum puellarumque tributo amoris, et sollemnì pompa die ipso coronationis.

SERGIUS LAGUNA
Collegit Cordis Mariae alumnus, Barcinone

Post Coronationem

Sollemnì Coronationi Cordis Mariae variae significaciones publicae amoris secutae sunt. Plures societas, collegia, privatique homines ante imaginem coronatam convenerunt, quos inter pueri collegii Cordis Mariae vicinae civitatis Sabatelli... Denique in Colosaeo «Pompeya» mirari licuit atque plaudere vividam *imaginum Fatimae* (estampas de Fatima) exhibitionem.

ADOLPHUS SALVADOR
In Collegio Barcinonensi Cordis Mariae alumnus

Editorial GRAFICAS CLARET

Lauria, 5 - BARCELONA - Teléfono, 15013

PUBLICA: PALAESTRA LATINA

LA FIESTA SANTIFICADA

La hoja popular más amena e instructiva que se reparte en las Iglesias todos los domingos y fiestas de precepto del año.

Precio: 3 ptas el centenar

Variedad de libros.

Ultima obra:

MARAVILLAS DE FÁTIMA

por los Rndos. PP. Fonseca-Jiménez, S. J. - **Precio: 6 ptas.**

**FÁBRICA DE MEDALLAS
CRUCES :: DISTINTIVOS
INSIGNIAS :: ETC.**

A U S I Ó

PROVENZA, 376

BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis



Textos Palaestra

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

Apartado 1042. - Lauria, 5. - Teléfono 15013. - Barcelona

Para el Primer Curso:

Historiae Sacrae Compendium
(2.^a ed.) Texto, notas, vocabulario 4 pts.

Para el Segundo Curso:

Epitome Historiae Graecae
(3.^a ed.) Texto, notas, vocabulario 5 pts.

Para el Tercer Curso:

Ciceronis Epistulae Selectae

| | |
|---------------------------|---------|
| Solo texto latino | 1 pta. |
| Texto, notas, vocabulario | 4 ptas. |

Caesaris de Bello Civili
Texto y notas 5 ptas.

Para el Cuarto Curso:

Ciceronis Pro Archia Poeta

| | |
|---------------------------|---------|
| Solo texto latino | 1 pta. |
| Texto, notas, vocabulario | 3 ptas. |

Ciceronis in Catilinam Oratio I

| | |
|---------------------------|---------|
| Solo texto latino | 1 pta. |
| Texto, notas, vocabulario | 3 ptas. |

Para el Quinto Curso:

Virgilii Aeneidos liber II

| | |
|---------------------------|---------|
| Solo texto latino | 2 ptas. |
| Texto, notas, vocabulario | 4 ptas. |

Para el Sexto o Séptimo Curso:

Prudentii Carmina Selecta
(agotado)

Canto 1.^º de la Odisea
Texto y notas 5 ptas.

Primer Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial 3 ptas.

Segundo Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial 5 ptas.

Tercer y Cuarto

Curso de Lengua Latina
adaptado al Cuestionario Oficial
(en preparación)

Repetitorium

Libro de prácticas escolares para
las primeras clases de latín.

Contiene:

Programas, Vocabularios, Ejer-
cicios, Temas, Curiosidades,

Índices

| | |
|----------------------|----------|
| Precio en simil tela | 15 ptas. |
| en cartoné | 12 » |

Palaestra Latina

Colección completa,
desde Enero de 1930
, hasta Diciembre 1942,
en fascículos sueltos 100 ptas.

De próxima aparición:

Horatii Carmina Selecta

Texto, notas, vocabulario

Crispi Sallusti Selecta

Texto, notas, vocabulario

Canto 2.^º y 3.^º de la Odisea

Texto y notas

EN PREPARACIÓN OTROS TEXTOS

Descuentos especiales a librerías y, en pedidos de consideración, a Profesores y Colegios

PALAESTRA LATINA

Pretium subnotationis annuae, solutione antelata, est 10 pes etarum in Hispania et Lusitanis, 12 pes. in America et Philippinis Insulis, et 12 pes. in reliquis civitatibus - Pretium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1048

DE OPTIMO GENERE ORATORUM

M. TULLII CICERONIS

Invehebatur M. Tullius a quibusdam Romanis oratoribus quod nimis redundans et extra ripas defluens loqueretur. Hac igitur de causa non magni egregii oratoris fama pendebat apud eos, et ejus ineptiam moremque Asiaticum illi indesinenter objiciebant. Haec parva existimatio nullatenus placebat Ciceroni, qua propter, quoties in manus accedebat usus, toties vehementissime suam Atticam elocutionem propugnabat. Fecerat in libro qui inscribitur «Brutus», ficerat in «Oratore», fecit denique, jam aetate vergente, cum satis sua gloriae vixerat, hoc in pulcherrimo libello «De optimo genere oratorum».

Tempus hujus libri compositionis.

C. Julio Caesare, quarto, Cn. Trebonio, Coss., id est anno 709 ab U. C., 45 ante Ch. natum, Tulliola, dimidium animae Ciceronis, diem vidit supremum. Hujus filiae carissimae mors, patris animum, opinione omnium majore affecit dolore quam ut diutius in Urbe posset commorari. Tusculum petiit, ibique iterum in litteris doloris levationem quaesivit, quam tandem non sine magna animi contentione est consecutus.

Scrispsit tum temporis «De consolatione», «De finibus bonorum et malorum», «Hortensius», «Fusculanae disputationes», «De natura Deorum», «De Senectute», «De Divinatione», «De Fato», «De Amicitia», «De Officiis», «Topica», «De Optimo Genere Oratorum».

Post haec nullum scientiae vel litterarum opus prodiit ex umbraculis magistri. Tantum XIV in Antonium Philippicas vel scripsit vel dixit.

«De Optimo Genere Oratorum» est itaque cigneus illius egregii viri cantus. In eo genus lenis Ciceroniana dictio nis absolvitur. Postea nihil nisi grave, nihil nisi forte, nihil nisi magnis turbinibus compulsum, nihil nisi maximis vorticibus incitatum. Silet magister ut orator maximo studio patriae incensus loquatur.

Causa.

Si hujus libelli causam quaeris, paucis, ut potero, tibi promam. Plurima de oratore probando scripserat Cicero, sed tamen adulescentes, in varias rapti partes, haesitabant quem suum deligerent ducem, sive Caesarem, pressum et aliquantulum siccum, sive Ciceronem, grandem et succi plenum.

Improbatur in dies M. Tullii genus amplum, quamvis postremis in orationibus «Pro Marcello», «Pro Ligario», «Pro rege Dejotaro» non parum mitigatum, ut Caesari probarentur. Ne omnia cum honoribus amitterentur, iterum quid de Atticis scriptoribus senserit indicat, suumque genus illorum confirmari demonstrat. Nullum eloquendi genus est oratori in universum accomodatum. Similitudinem Atticorum non jejunitas orationis, non siccitas stili confert, sed conveniens et propria rationis cuiusque elocutio. «Is erit ergo eloquens — inquit Cicero — qui ad id, quocunque decebit, poterit accommodare orationem. Quod cum statuerit, tum, ut quidque erit dicendum, ita dicat: nec satra jejune nec grandia minute, nec item contra, sed erit rebus ipsis par et aequalis oratio». ¹ Et rursus: «Is enim est eloquens, qui et humilia subtiliter, et magna graviter, et mediocria temperate potest dicere». ²

Hujus libelli res.

At M. Tullius —vulgo insimulabatur—, a Lysiae vel AEschinis genere dicendi differt, qua propter ab Atticis propemodum recedit; Attici optimi oratores, non plane igitur orator M. Tullius, vel saltem non Atticus. Duo igitur erant M. Tullio enucleanda: *Quis orator? quis orator sane Atticus?*

Optimus erit orator qui optime audientes doceat, delebet atque permoveat lenitate vocum, suavitatem atque dulcedine compositionis. Quod praecclare quidem sunt Attici nacti, «qui cum careant omni vitio, non sunt contenti quasi bona valeductio, sed vires, lacertos, sanguinem querunt, quandam etiam suavitatem coloris». ³

Lysias quidem Atticus, eumque imitemur, si poterimus, sed eatenus tantum, quatenus in causis minoribus ad quas se ipsum consulto limaverat, dicamus. At et Demosthenes Atticus, qui ad omne genus instructum, et sumisse cum Lysia dicere valebat et elate, et graviter, et fuse, et copiose.

Malunt autem tantum Attice esse subtiliter, presse, sicce, exiliter dicere; sit ergo Demosthenes Asiaticus, quamvis natus et excultus Athenis in ipsis. «Bene dicere, id est Attice dicere». ⁴ «Non omnes qui Attice, idem bene, sed omnes qui bene; idem etiam Attice». ⁵

Ut tandem rebus verba confirmaret, reddidit, duas magnas orationes in judicio de corona habitas ab AEschine et a Demosthene, easque huic prooemio subducit. Quae orationes quamvis diversae sint, ad eandem Atticam dictiōnēm pertinere, nemō sui compos renuet. Ex quo illud confirmatum erit: «oratorum bonorum duo genera sunt, unum attenuate presseque, alterum sublate ampleque dicentium, etsi id melius est quod splendidius et magnificentius, tamen in bonis omnia, quae summa sunt, jure laudantur». ⁶ Et viria addit, cautionesque monstrat: «sed cavenda est presso illi oratori inopia et jejunitas, amplio autem inflatum et corruptum orationis genus». ⁷

1. *Orator*, 36. — 2. *Orator*, 28. — 3. *Opt. Gen. Orat.*, 3. — 4. *Opt. Gen. Orat.*, 4. — 5. *Brutus*, 84, 291. — 6 *Brutus*, 55, 201. — 7. *Brutus*, 55, 202.

Estne mutilus?

Ita sane non paucis, cum nec ut librum nec ut prooemium illum concipere possint, videtur. Vim horum auctorum rationem non novi, quamvis sim enixus persaepe. Eorum namque dilemma «aut prooemium hoc est, praepositum duabus illis orationibus; aut liber est de optimo genere oratorum. Si prooemium: quorsum illa de Graecis oratoribus? — Sin liber est: unde illa de conversione orationum?»,⁸ vi omni est deslitutum. Quod equidem miror cum satis Ciceronis mens in libello patet. Est nempe prooemium. Orationes Aeschinis Demosthenisque praecedebat. «Quorsum — inquies — illa de Graecis?».

Scite eorum nominibus Ciceronis genus objurgari,⁹ et velle Ciceronem, ducem sequi Demosthenem: «Demosthenem igitur imitemur! O di boni; quid, quæso, nos aliud agimus aut quid aliud optamus?»¹⁰

Parum refert utrum has orationes juvenis aut potius senex verterit; in eis exemplum dictio[n]is Atticae profert et quædam, ut optatum tandem aliquando consequatur, praemittit.

Orationes quidem a Cicerone in Latinum redditæ non servantur, sed hoc manet monumentum index mentis M. Tullii, ejusque dictio[n]is Atticae comprobatio.

Salmanticae, Id. Decemb. XLIV.

JOSEPHUS GUILLEN, Pbter.

Exitus Certaminis

(Cfr. PALESTRAE L. num. 85 in p. 49)

I. Carmen in Pontificia Coronatione simulacri Iti. Cordis Btae. Mariae quod in Sanctuario Barcinonensi (*P. Claret*, 47) colitur: *praemio cumulatur: CARMEN TRIUMPHALE ab Aloisio Canals exaratum cum versione hispanica M. Molina, C. M. F. (Celsonae).* De hac sollemni Coronatione pulcrum carmen ad nos quoque mittit *Jos. Bagaría C. M. F. (Cervariae).*

II. Articulus de Tacito: *muneratur DIALOGUS DE ORATORIBUS CORNELII TACITI;* scripsit: *Ildefonsus Ortiz García (Salmanticae, Aspirantado Mtro. Avila).*

III. Translatio latina odes «*Folgaba el rey*», interpretatus est Aloisius Canals, C. M. F. (Celsonae). Digna, quæ recenseantur, sunt versio ejusdem odes a Dno. *Joachim Morales*, et *Joachim Conejos* versio carminis «*Lo Pi de Formentor*».

IV. Translatio narrationis Quixotis: *Josephus Canals, C. M. F. (Sti. Dominici Calceatensis).*

V. Inter imitationes Horatii computandus *Hymnus in Stum. Joseph* a Dno. *Joachim Morales* conscriptum (*Salmanticae, Aspirantado Mtro. Avila*).

VI. Facetas versibus ornavit atque picturis illustravit Aloisius Canals, C. M. F. Memorantur etiam crucigrammata *Ildefonsi Ortiz García (Salmanticae, Aspirantado Mtro. Avila)*.

Alia quoque accepimus quæ aliquantum emendata, cum iis quæ supra memoravi, suo tempore edi poterunt.

Praemia vitoribus misimus. — Scholaistica arma, adulescentes, ne deseratis atque litteras latinas amare pergite!....

8. MANUTIUS, ap. Olivettum, in h. 1, Arg. — 9. Cfr. *Brutus*, 82, 285. — 10. *Brutus*, 84, 288.

Carmen triumphale

*Barcinon, ponti Domina, obstrepenem
Fluctum paullo cobibe tumultum,
Limpide ut cantus lyrico fruaris
Murmure festi.*

*Flosculis ut ver, redimita claris
Gloriis fulges, mare quas latinum
Gestiens jugi sonitu remotis
Dicit arenis.*

*Gloriae sacrae, monumenta prisca
Voce quas artis referunt perenni,
Barcinon, surgent hodie ut suprema
Sidera tangant.*

*En procul gaudens peregrina turba...
Fervor hispanus, laribus relictis,
Te petit; magnos aditusque pande,
Pande focosque.*

*Excita gressus, peregrine, lento.
Ecce conventus agitantur undis
Luminis fervent nitidis et urbis
Compita rivis.*

*En coronatas sacra templa tollunt
Lucibus turres, bilares sonoro,
Ob diem festum, populum vocantes
Aere frequenti.*

*Solis effundit rota celsa in urbem
Jubili luces; maris atque fluctus
Ut lyrae chordae, recinunt triumphi
Cantica laeta.*

*Saxa templorum veterum resultant;
Petrae tentant aquilae volare,
Et comas fulvas agitant leones
Marmore nati.*

*Quid novi?... caeli, pelagusque, templo
Et piae gentes hodie Mariae
Regii Cordi tribuunt honoris
Compona carmen.*

Canto triunfal

Regia señora de la mar, Barcino,
Calma un instante tus rugientes olas,
Porque a tu oído de mi lira el canto
Límpido suene.

Cual primavera de floridas joyas,
Tu coronada surges de grandesas,
Que el mar latino con murmullo eterno
Cuenta a otras playas.

Glorias sagradas, que tus monumentos
Rezan con voces de perenne piedra.
Clara Barcino, hoy vencerás los astros
Con tus fulgores.

Llega a ti España con fervor mariano
En esas turbas, que sus pueblos dejan;
Abre tus puertas, cédeles el fuego
De tus hogares.

Oh peregrinos, apretad el paso,
Ved que en las calles de gentío undosas
Vuelcan los cielos una catarata
De áurea gloria.

Ved cual los templos el azul levantan
Esplendorosos sus nimbadas torres,
Y almas congregan de los bronces sacros
Al regocijo.

Vierte en las plazas jubiloso el Astro
Luz de alegrías, y del mar las ondas,
Como las cuerdas de una lira, entonan
Odas triunfales.

Hoy se estremecen en sagradas moles
Aguilas santas, añorando el vuelo
Y el león se alza, —cincelado en már.—
Con su melena. [mol—

Hoy cielos, mares y sagrados templos
Y multitudes en coral de júbilo
De la Señora al Corazón purísimo
Férvidos cantan.

**Ecce Cor divum tenerae coronat
Barcino Matris;» studiosa gemmas
Legit e natis adamantas, auri
Nobile pondus.*

*Hocque thesauro, sine labe Cordi
Pectoris cudit crepitantis igne
Clarius claro diadema sole,
Pignus amoris.*

*Jam sacras aedes penetra, viator...
Lumine ornatam Genitricis almae
Aureo sedem, niveisque sertis,
Respicere, florum.*

*Dum sacerdotum legio verenda
Vota committit redolente thure
Candido Cordi ut revolet columba
Pacis in orbe,*

*Pontifex, crebris reboante gente
Plausibus, splendens graditur benignus
Caelicae et Matris rutila corona
Tempora cingit.*

*Hoc ames munus, pia, filiorum.
Cordium sertum geniale nostrum,
Mysticum donum, placideque sume,
Regia Virgo.*

*Dulce Cor! fulgens jubar —haec corona,—
Frigidas saecli laceret tenebras,
Et, pharus, nos ad patriae superna
Limina ducat!*

ALOIUS CANALS, C. M. F.

Celsonae, postridie nonas octobres a. 1944

Hoy Barcelona con diadema espléndida
De su princesa ceñirá las sienas;
Que oro y diamantes mendigó amorosa
Entre sus hijos.

Dentro la fragua de su ardiente pecho
De esos tesoros troqueló a María,
Más que el sol claro, fúlgida corona,
Prenda de amores.

Entra en el templo, viador piadoso,
Y en ese trono de esplendor y gloria
Mira a esta Reina, que de luz y flores
Triunfa nimбada.

Mientras el coro de los sacerdotes
Pide a la Virgen entre sacro incienso,
Torne a los pueblos, de la paz serena
Blanca paloma.

Y entre los fieles suena mar de aplausos,
Sube sonriente y ciñe ya el Pontífice
Con la corona la virginea frente
De nuestra Madre.

Mira piadosa la filial oferta,
Reina divina, y en presente místico,
De corazones toma el haz amante
Que te ofrecemos.

Y esa corona, séanos la estrella
Que del vivir la lobreguez ahuyente,
Séanos faro que nos guíe al puerto
De nuestra Patria.

MARIANO MOLINA, C. M. F.

Solsona, 8 de octubre de 1944.

Strophae I - IV) In latini miris ripis recinens vates, dum praeteritas et clarissimas Barcinoni glorias evocat, procul innumeros, e cunctis Hesperiae populis procedentes, peregrinos respicit. — V - XI) Hos adventantes, ut celerius pergent, fervido carmine concitat. Jam enim urbis turres, caelum, mare et mar morea monumenta mira exsultant laetitia, regiamque odem Virginis Cordi, cujus tempora rutila corona hoc die decoranda, consona tribuunt. — XII - XIV) Pios tunc viatores, ut jam in templum penetrant, in quo Vi ginis Cor ornatum floribus ac lucibus fulget, poeta hortatur Levi descriptione sollemnem Coronationis actum depingit. — XIV - XVI) In amoris pignus Virgini Matri vates offert Coronam. Supplici cantu, ut clarum jubar et splendens pharus, haec Corona, nobis sit, CARMEN TRIUMPHALE conficitur.

ALOIUS CANALS, C. M. F.

De erratione Georgii Pelleterii pueri

XII. Sed nunquam illa audiverat pronuntiari id genus nomen geographicum; et cum in charta non indicaretur nomen nationis, ad quam illa civitas pertineret, bona matrona interrogavit pueros in quanam Galliae parte esset eo nomine locus, quod sibi ne gallicum quidem esse videretur. Ad quod cum illud par fratum, quid responderent, nescirent, consulendus currus rector est visus, quem scilicet scire oporteret, non modo ubi illa nova terra esset verum etiam quot abesset chilometris. Stetit in paucas minutas machina. Auriga lecto exoticō nomine, ex quadam sua ciuitate veterem exemit librum; hujus attente dividit folia, nec tamen invenit. Quassoque capite: Ne in libro quidem, inquit, est; unde patet nomen parum recte scriptum esse, aut illum locum non Galliae esse. Sed tum quid facerent? Post longiusculam et vanam percontationem matrona constituit, ut secum illi continuarent iter usque ad eum locum qua iret ipsa (nam aegrotabat ibi unus ex suis nepotibus, quem invisebat); ibi inventum iri, quid esset capiendum deinceps consilio. Sed jam non sine quadam sollicitudine contemplata est pueros, in quibus tantum lateret mysterii.

Ad tempus tamen aerigma solutum quattuor horis post, cum curru in amoenum vicum admotum montibus perventum esset. Subsistitur ante vici ecclesiam. Matrona cum rectore egressa rem exposuit loci parochio, decoro seni, facie acuta et amica, bene circumdata canitie. Georgius non intellexit ejus sermonis singula, sed vidit piam matronam bono sacerdoti proponere aerigma geographicum eumque rogare ut enodaret. Georgiolus ergo et Tommius excipiuntur gestu benevolentiae in parochiali domo, et cum vesper jam coepisset primis umbris involvere terras, pueri, qui nimium viderentur defatigati, traduntur curae bonae vetulac, sorori certe parochi, a qua ut veri filioli tractanti sunt. Postea, refectis, quantum licuit, viribus, sacerdos coepit interrogare Georgium. Sed cum videret parum loqui leniter puerum et ita, ut post ejus diei fugam etiam parum cohaerentia proferret, praestare ratus parvis hospitibus quiescendi dare facultatem: Jam ite, inquit, cubitum, et dicens super innocentium capita in formam magnae crucis manum: Deus vos amet. Qui paulo post super candidos extenti lectos placido sopore mersi sunt, eo ipso tempore, quo, a chilometris centum, irarum et maledictionis voces personuerunt obscuros campos, duorum hominum umbris cum cane circumeuntibus taciturnam pyramidem sarmentorum.

Postridie bonus ille sacerdos, cum audisset dramaticam narratioem Georgii, sublatis ad caelum oculis et manibus providentissimo Deo gratias egit, quod se elegerisset, a quo illos misellos habere vellet incolumitatem. Nam dono caelitus accepto ille sacerdos altius prospiciens in hominum animos, quam solerent communibus oculis alii, persentiebat vera esse quae narraret Georgiolus. Itaque bonis verbis pueros jubet bono animo esse, ab omnibus insidiis tutos apud se habitaturos esse, quoad repperisset viam restituendi eos suis matribus. Et binas conscripsit litteras in diversas regiones perferendas, quemadmodum ei erat ostensus. Parum sermonis gnarus itali ad Georgii parochum latinis verbis perscripsit nuntium, quem parentes

ejus tam diu avidissime exspectaverant. Pauca epistulae addidit et ipse Georgiolus, pleniora certe consolationis, quam illae interceptae longiores epistulae fuissent futurae. Alteram epistulam Sacerdos inscripsit dominae Hedith Watfordensi, infelici matri —neque enim jam dubium erat, quin ea Tommii mater esset— nuntians ei filiolum suum mirabiliter erectum carnificum manibus et interim collocatum in tuto exspectare diem, quo redderetur maternis ejus brachiis. Neque dici necesse est bonum sacerdotem non solum clare adscripsisse, ubi ipse habitaret, verum etiam presse rettulisse, quidquid matri usui esset, ut quam primum filium conveniret. Commentatae etiam datae epistulae sunt, non quo sacerdos se quam primum vellet liberare a suis hospitibus, qui contra ei tam facti cari essent, sed quod cupiebat quam primum reddi eos suis familiis, a quibus tam diurno jam lacrimosoque vulsi tenebrentur exsilio. Neque vero spatium intercesserat unius hebdomadae, cum ante portam parochialis aedis automolus currus constitut, ex quo emersit homo, alia statura qui erat et serio vultu, eleganti vestitu, qui dicebat se statim colloqui velle cum sacerdote.

Res paucis transacta est: Homo ostendit sacerdoti epistulam, quam hic paucis diebus ante dederat; se felicem esse quod jussus esset a domina Hedith adducere filium. Se fiduciarium contendebat dominae esse, et dixit nomen suum, quod nomen Georgius memoria non retinuit recordatus tamen cum titulo advocati fuisse coniunctum. In summa igitur persona seria esse videbatur et cui fidi posset, etiamsi Tommiolus non accipiebat ea blandimenta, quae exspectaret... Georgiolus, et illa facies in oculis duorum puerorum speciem coactae praekeret benevolentiae, id quod oculos Georgii tot jam casibus circumspectioris et diffidentioris minime effugiebat.

Itaque Tommius invitatur statim ut concenderet currum, qui eum quo tendere esset latus. Et accedit Tommius proprius currum; sed repente imbre lacrimarum prorumpente ex ejus oculis apprehensam Georgioli, quae se eripuisset morti, inter suas strictam tenebat manus supplicans atque obtestans ne se relinquaret. Sed Georgius et ipse sic erat affectus animo, ut vellet ipse tradere Tommii matri filium, non contentus ante, quam vidisset amicum in complexu matris ejus. Homo spectabat scaenam serius et tacitus. Postremo sacerdos suadebat, ut cederetur puerorum voluntati, hoc magis, inquit, quod eorum major gratiam conciliavit matris Tommii; quam certe cupere videre puerum; praeterea etiam utile futurum atque necessarium adesse, qui omnem dubitationem, si qua orta esset de iis quae narrasset, dissiparet. Hoc argumento homini persuasum est ut libenter cum Tommio dederet Georgium. Discedens postea hono sacerdoti tradidit involucrum continens schedulas nummarias. Sed is Georgiolo: Est summa, inquit, quam mihi hicce vir tradendam putabat pro eo, quod a me factum esset; sed ego censeo remunerationem omnem jure potiore pertinere ad te, mi puer, qui misellum hunc servaveris et ad matrem suam reduxeris. Georgius obstupefactus remisit in sinum suum pecuniam et oculis plenis lacrimarum gratias egit reverenter seni reverenter ejus osculatus manum. Tum currus avolat tollente se post abeentes pueros in area ecclesiae sacerdotali manu in magnum gestum benedictionis. — ANDREAS HABERL, S. V. D.

Adjumenta Grammaticalia

VI. DE PARTICIPIIS

Participium vice fungitur adjectivi aut verbi; si vice adjectivi cum substantivo concordat et significationem habere potest
 a) substantivam b) adjectivam, c) praedicativam; si vice fungitur verbi casum regit et significationem induit a) substantivam, b) adjectivam, c) adverbiale.

I. — Participium vices gerit adjectivi et adhibetur:

a) ut substantivum: en exempla:

Part. prae.: *Erranti viam monstra. Audientium approbat.*

Part. perf.: *Capti, mortui, obcessi. Male parta, male dilabuntur.*

Part. futurum et gerundivum a poëtis et a scriptoribus posterioribus: *Morituri te salutant. Scribere legenda.*

b) ut adjectivum (attributum): *Arbor virens. Est metus opinio impendens mali.*

Ex participiis futuris a classicis scripti *futurus* et *venturus* tantum adhibentur.

c) ut praedicatum:

1) **participium praesens** (aliquando perfectum) cum verbis *video, aspicio, au-tio, invento, facio, cet.* quae duplarem ferunt accusativum: *Catonom vidi in bibliotheca sedentem.*

2) **participium praesens aut praeteritum** (duplex nominativus): *Jugurtha vincitus Sulla traditur. Miles imperatorem gaudens sequitur.*

3) **gerundivum** ut finem significet cum vv. *do, trago, concedo, relinquo* (quibus ad quoque praecedere potest), *mitto, duco, recipio, loco, cet.*: *Do tibi librum (ad) legendum. Caesar pontem faciendo curat.*

Aliq. casus: Arbor est virens (=adject.) Animalia alia ratione expertia sunt. alia ratione utentia. (=partic. praesens cum adjectivis conexis). Prefectus sum. Patria nobis amanda est (=in conjugatione periphrastica).

N. B. Quaedam part. perfecta, vera adjectiva effecta sunt: *adultus, doctus, sanctus, tacitus, consuetus, cet. (adulto, sabio); alia substantiva sunt; sapiens, doctus, candidatus, legatus, mortuus, factum, dictum, peccatum, cet.*

II. — Participium vices gerit verbi et adhibetur:

a) pro substantivo:

1) **praecipue participium perfectum** verbi transitivi, quod hispanice substantivo abstracto respondet: *Caesar occisus (la muerte de C.) Milo expulsus (la expulsión). Post urbem conditam (d. de la fundación); post Christum natum.*

2) **participium praesens, gerundivum (in casibus obliquis), part. futurum (a scriptoribus posterioribus).** *Sol oriens (la salida del sol). Omnes consentiebant de Carthaginem delenda (sobre la destrucción de C.)*

3) **pro oratione adjectiva (seu relativa): part. praesens et perfectum:** *Epistolas spem victoriae declarantes in manu teneo (=quae declarant). Timotheus acceptam gloriam multis auxit virtutibus (=quam acceperat).*

4) **pro oratione secundaria:** tunc vero participium esse potest conjunctum quod, cum voce cui refertur, concordat et in eodem ponitur casu; vel absolutum, quod omni nexo solvitur cum oratione primaria, participium cum suo subjecto ablativo (=absoluto) effertur: *Plato scribens mortuus est (partic. conjunctum). Multis obssistentibus, hoc impetravi (partic. absolutum).*

N. B. a) *Iis participiis similes sunt locutiones, quae duobus substantiis aut substantivo et adjectivo efficiuntur: Mario consule; me propitio; me puer.* *Quae pariter ablativa absoluta vocantur.*

b) **Partic. futurum —pro oratione secundaria— raro adhibetur, item praesens quod finem significet: Veniunt pacem implorantes (para implorar).**

III. — Participium absolutum adhiberi nequit:

1) cum subjectum orationis primariae est subjectum participii: *Ciceron, consul factus, rem p. administravit [non: Cicero, consul factus... Cic., elegido cōsul salvo la rep].*

2) si oratio secundaria ad primariam refertur per pronomen: *Dominus servum arcessit interrogavit [non: Dnus., servū arcessito, eum interrogavit]. Graeci Trojam captam incenderunt [non: Gr., Troja capta, eam...].*

N. *Iis tamen similia non nulla invenies exempla in classicis scriptoribus, quae rediūs non imitaberis.*

3) **Participium praesens absolutum adhibetur cum omnibus verbis, dummodo actio verbi primarii et secundarii simul fiant.** Part. vero perfectum absolutum tantum cum verbis transitivis activis, nam **participium perfectum passirae est significationis**, qua significatione tantum vv. transitiva activa gaudent. Ne igitur adhibueris vv. *intransitiva activa (venio, maneo, cet.).* quia non habent **participium per.** (=pass.), nec **deponentia transitiva**, quia eorum participium **perfectum**, **habet sensum activum (hortor, consolor, cet.).** Ne dixeris: *Vento Caesare, sed: cum Caesar advenisset... Caesar, cohortatus milites, signum pugnae dedit; [non vero: Caesar, cohortatis militibus].*

N. B. a) *Excipe pauca participia deponentia: orto sole, mortuo Caesare, profectis consulibus, clapsō anno, cet.*

b) In historicis scriptoribus invenies participia perf. absoluta: 1) quorum subjectum est oratio infinita vel subjunctiva: *Comperito, auditio, cognito, nuntiatio advenisse regem...*

2) quorum subjectum tacetur: *Praemissis; Auditis (sc. iis) quae agerentur...*

3) sine subjecto, quae fere adverbia sunt: *Auspicio, augurato, debellato, cet. (auspiciis ante capis, cum auguratu esset).*

IV. — Sensus et usus participiorum

| | verba transit. | | trans. deponent. | | vv. intransitiva | |
|---------------------|----------------|----------|------------------|-----------|-----------------------|----------------|
| | Act. | Pass. | Act. | Pass. | Act. | Act. deponent. |
| Part. prae.: legens | — | — | hortans | — | veniens proficisciens | |
| * perf. | — | lectus | hortatus | — | — profectus | |
| * fut. | lecturus | — | hortaturus | — | venturus profectus | |
| gerundivum | — | legendus | — | hortandus | — | [rus] |

Itaque a) part. perf. in vv. transitivis sensum habet passivum: *liber lectus (leído). In vv. autem deponentibus activum est: hortatus (q. exhortó).*

b) in vv. intransitivis desunt part. pass. (perf. et gerundivum) quae tantum modo impersonali cum v. esse usurpantur: *ventum est; veniendum, proficiscendum est.*

c) quaedam part. perf. deponentia transitiva significationem habent passivam praeter activam: *adeptus, comitatus, meditatus, emensus, sortitus, confessus, perfunctus, cet [quae tamen non adhibentur sensu pass. cum v. esse: comitus est = acompañó].*


d) *cenatus et pransus sunt activa (q. ha comido, almorcado); fere etiam juratus et potus quae duo tamen possunt esse pass. (homo potus, vinum potum).*

e) *utor, fruor, fungor, potior* licet intransitiva, habent gerundiva (ut transitiva): *utendus, cet, quae tamen usurpat nequeunt cum v. esse in conjugatione periphrastica: Tibi istam palam non donavi, sed utendam dedi. Modice fruendum est voluptatibus [non: fruenda sunt voluptates].*

f) quaedam part. perfecta deponentia aut semideponentia sensum habent praesentis: *ratus, arbitratus, veritus, confissus, solitus, ausus, gavisus (pensando, temiendo).*

JOSEPHUS M.^Á MIR, C. M. F.

NOVA ET VETERA



PICTURA 2.^ª CORPUS HUMANUM - ANMI RELAXATIO - LUDI

I. — CORPUS HUMANUM

(NUDA LECTIO HISTORIAE NATURALIS)

1. — Praecipuae partes corporis humani sunt: caput, truncus, membra.
2. — Caput duas complectitur partes: calvam, quae cerebrum continet. et capillis obtegitur, atque vultum (seu faciem).
3. — In pictura [1] neque calvam neque cerebrum videmus; sed praecipuas vultus partes liquido dispicimus.
4. — En, primum, frontem quae validum intellectum mentemque semper ac tuosam ostendit. Tempora sunt expedita, oculus acer et admodum apertus; spissa supercilia ac longi pili ipsum tuentur.
5. Nasum naresque etiam aspicere. Nasus ad olfaciendum et respirandum inservit; utrinque sunt genae, longiusque aures; partemque faciei inferiorē os et mentum constituant.

^x Sese referit ad picturam quae in codicillo «vocabularis» Delmas continetur. facile supplet potest.

6. — Quae tamen non distincte comprehendimus, nam ea mystax et barba occultant. Os autem duo labra, maxillas —quibus dentes adhaerent—, et linguam complecti scimus. Ore loquimur et vescimur; lingua vero cibos gustamus.

7. — Oculus, auris, nasus, os cum digitis quinque sensuum organa sunt: [qui vocantur] visus, auditus, odoratus, gustus, tactus.

8. — Itaque caput ex nobilioribus corporis partibus est.

9. — Collum, caput cum trunco conjungit, atque fauces et occipitum complectitur.

10. — Truncus pariter plura organa maximi momenti continet. In pectore enim sunt pulmones, quibus spiritum ducimus, et cor quod est vitae centrum: ubi cor palpitate desinit, animal emoritur.

11. — Costae pectus sustinent.

12. — Aliae trunci partes sunt, latus, tergum, umeri, venter (seu abdomen). Dormientes latere [innixi] aut tergo cubamus, in umeris vero onera portamus.

13. — In abdomine stomachus et intestina inveniuntur, quae ad concoquendos cibos inserviunt.

14. — Quatuor membra habemus, duo brachia et duo crura; brachiis res apprendimus, tenemus, tollimus, colligimus; cruribus vero stamus, ambulamus, currimus.

15. — Umerus brachium cum corpore jungit. Biceps, fortissimus musculus, movet lacertum, ope cubiti, cum brachio conjunctum. Carpus artum manus efficit, quae digitis unguibusque desinit. In manu venam, qua sanguis fluit, discernimus.

16. — Partes cruris sunt: femur, genu, poples, sura —quorum caro cuti obtigitur—, talus, pes. Cruris ossa maxima ac robustissima sunt. Reliquae vero partes sunt vestigium et talum.

17. — Haec est autem descriptio fere absoluta corporis humani.

N. B. — Locutione addibita: «ex capite laboro», ceterisque, professor hoc vocabularium sub valitudinis aspetto repetere poterit.

II. — DE ARTE GYMNICA

(ALUMNI NARRATIO)

18. — Ut molles simus et agiles et corpore validi, crura et lacertos exercere debemus: ideo ludimus et palestram exercemus.

19. — Haec exercitia in cavaedio lycei per hebdomadem habentur (Ctr. Piattarum 1.^{am}), die autem Jovis et Dominico in amplum campum gramineum convenimus, ubi magnum spatium est ad currendum et ad animum relaxandum.

20. — Magistri et parentes non nunquam nos comitantur; gymnasticae vero artis professor¹² exercitia moderatur.

21. — In prato, ad laevam intrantibus, gymnici apparatus¹ inveniuntur: scalas² concendimus, in anulis³ et trapezio⁴ reflectimur atque manibus ad summas scalas funales⁵ aut ad summum nudorum funem⁶ nos attollimus.

22. — Sodales interea in equo ligneo ⁷ aut lineis parallelis ¹¹ insiliunt; alii vero pugilatum ⁸ artemque battuendi ⁹ cum persona et rudi exercent; alii tandem halteras ¹⁰ tollunt.

III. — LUDI

23. — Circum palaestritas pueri et puellae variis colludunt lusibus. Puellae trocho ¹⁴ oblectantur, funi ¹³ saltitant aut fratribus et consobrinis ad certamen malorum ¹⁵ provocant. Gaudio gestiunt adversarii globum malleo crepantes, cum hic facile arcum transire cogitat.

24. — Pueri ludos acriores potius amant, libenterque bacillorum ludo ¹⁶ exercentur, quae [bacilla] globulo ¹⁷ sollerter sternunt. Neque turbinem, ¹⁸ neque metulam cum sphaera, ¹⁹ neque turriculam loculatam ²⁰ aversantur, attamen in deliciis habent globulos ²¹ et pilam ²², quia paries hibernaculi ²⁶ aptissimus est ad levem pilam retundendam.

25. — Johanellus — qui grallis ²⁴ insistit —, sollers est atque corpus librare optime scit. Juxta illum quidam ex sociis in hibernaculo et post saepem latebris ²⁵ ludunt. Aliis autem jucundior est lusus chytrindae ²⁸ seu divinationis aut rotula pennata ²⁹ quae ex altero in alterum reticulum celeriter volitat.

26. — In medio prato sunt duae arbores, atque in ima unius parte septem octove pueri lusum equi cernui ³⁰ constituerunt. Non ubique gentium notus est hic ludus; sed omnes sciunt quid sit exultim ludere, cui ludo pueri modo non vacant.

27. — Lusus muscae aeneae ³¹ oblectionem quoque habet; puellulae ac pueri vicissim fasciolam oculis induunt atque incallidos capiunt qui comprehendendi sinunt.

28. — In medio prato ludum habetis maxime in usu apud gallos, sed est aliquantum incivilis: ursa ³² vocatur atque tumultuosior est illo tranquillo ludo comedae ³³ aut anglico tenniludio. ³⁴

29. — Haec autem extrema gymnas laetitia alumnos adultos effert et ipsi quoque professores ultro huic incumbunt. Sollertia atque pernicitatem magnam requirit, eoque maxime delector; puellis vero oscilli ³⁵ oblectamenta relinquo.

30. — Neque magnam voluptatem capio ex alio ludo anglico qui periculosus evadere potest, pediludium ³⁶ dico, quod gaudio perfundit fratrem majorem. Vetus- tum ludum velitarem ³⁸ malo, prorsus salutarem neque adeo truculentum.

31. — Saepe etiam pratum birota ³⁷ circumeo.

32. — Insequenti anno equitationem ³⁹ addiscam. Adeo bellum est equum conciane euntem placido gradu vel tolutim, aut obstacula saltu superantem incitato cursu [videre]...

33. — Aestate natationi ⁴⁰ studemus. In liquida frigidaque fluminis aqua nos mergimus atque magna voluptate lavamur. Non numquam tandem follem emittimus charteum ⁴¹ qui, ubi aëris callidi plenus est, placide in aëra ascendit.

34. — Restant praeterea alii lusus, quos nec nominare valeo atque ex hac nuda enumeratione vides nos in nostro festivo prato die jovis nullo affici taedio.

N. B. — Professor hoc caput facile completere poterit singulos eosque praecipuos ludos subtilius describendo. [2]

VOCABULARIUM

- truncus, i, m., *tronco* (del cuerpo), tronc.
 calva, ae, *cráneo*, crâne.
 liquido, adv., *claramente*, nettement.
 despicere, *descubrir*, apercevoir.
 validus 3, *poderoso*, puissant.
 actuosus 3, *adicto*, actif.
 tempora, um, n. pl., *sienes*, tempes.
 expeditus 3, *despejado*, degagé.
 supercilium, ii, n., *ceja*, sourcil.
 pili, orum, pl. [palpibra, ae PLIN.], cilium (?),
 pestaña, cil..
 nares, ium, pl. f. [naris, is], *ventanillas de la nariz*, narines.
 gena, ac, *mejilla*, joue.
 mentum, i, n., *barba*, menton.
 + mystax, acis, m. [gr. v.], bigote, moustache.
 maxilla, ae, *mandíbula*, quijada, mâchoire.
 fauces, ium, pl. f., *garganta*, gorge.
 occipitum, ii, n., *nuca*, nuque.
 maximi momenti, *esencial*, essentiel.
 pulmo, ovis, m., *pulmón*, poumon.
 palpitate, *latir*, battre.
 coûta, ac, *costilla*, côte.
 latus, eris, n., *costado*, flanc (côte).
 tergum, i, n., *espalda*, dos.
 umerus, i, m., *bombro*, épaule.
 concoquere, *digerir*, digérer.
 bracchium, ii, n., *brazo*, bras, [antebrazo,
 avant-bras].
 crus, uris, n., *pierna*, jambe.
 + biceps, ipis, m. [est adjekt., intellege muscu-
 lus b.], biceps.
 lacertus, i, m. [-tum, i, n.], codo, coude.
 carpus, i, m., *muñeca*, poignet.
 artus, us, m., articulación, articulation.
 femur, òris, n., *muslo*, cuisse.
 poples, itis, m., *jarrete*, jarret.
 sura, ac, *pantorrilla*, mollet.
 talaria, ium, n. pl. [talus i.], *tobillo(s)*, chevil-
 le(s).
 vestigium, ii, n., solum, i. [planta, ae], *planta del pie*, plante.
 talus, i, m., *talon*, talon.
- ars gymnica, *ginnasia*, *gymnastique*.
 mollis, e, *flexible*, souple.
 exercere palaestram [s. artem gymnicam], *hacer ginnasia*, faire *gymnastique*.
 campus gramineus, pratum, i, n., *pradera*, pelouse.
 relaxare animum, *divertirse*, s'amuser.
 ad laevam intrantibus, al entrar a la izquierda,
 à gauche en entrant.
 3 anulus, i, m., *anillo*, anneau.
 4 + trapezium, ii, n., *trapecio*, trapèze.
 reflecti, *voltearse*, faire des renversements.
 5 + scalae (pl.) funales, *escala de cuerda*, échelle de corde.
 6 funis (m.) nudorum, *cuerda de nudos*, corde à noeuds.
 11 + lineae parallelae, *barras paralelas*.
 8 pugil(latus, us, m., *boxeo*, boxe.
 9 + ars battuendi, *esgrima*, escrime.
 persona, ac, *careta*, masque.
 rudis, is, f., florete, fleuret.
 10 halter, èris, m. [acus. - eras], *pesa*, haltère.
 palaestrita, ac, *ginnasta*, *gymnaste*.
 14 trochus, i, m., *aro*, cerceau.
 consobrinus, i, m., *primo hermano*, cousin.
 certamen, inis, n., *partida*, partie.
 15 malleorum ludus (certamen), *argolla*, croquet
 croquet.
 crepare, *bacer* *crujir*, eroquer.
 16 bacillorum ludus, *bolos*, quilles.
 18 turbo, inis, m., *trompo*, peonza, toupie.
 19 + metula (f.) cum sphaera, boliche, bilboquet.
 20 + turricula loculata [vel + turris columbaria
 ex similitudine cum columbario], *rana*, jeu de tonneau.
 21 globulus, i, m., *bola*, bille.
 22 pila, ac [trigon, ònis, m.], *pelota* y *juego de pelota*, balle.
 26 + hibernaculum, i, n., *invernadero*, serre.
 retundere, *rebocar*, rebondir.
 24 grallae, arum, pl. f., *zancos*, échasses.
 + librare corpus, *guardar el equilibrio*, garder l'équilibre.

a Versio latina opusculi *Liceret explicativus des Tableaux Delmas*, Editorum licentia prodit: jura proprietatis vindicantur.

- 25 + latebris ludere, *jugar al escondite*, j. à cache-cache.
- 28 lusus chytrindae [3] seu , divinationis *adivina quién te dió*, main-chaude.
- 29 + rotula pennata, *volante*, volant. reticulum, i, n., *raqueta*, *raquette*.
- 30 + equus cernuus, *caballo tendido* (?), cheval fondu.
- " + exsultim ludere, *saltar*, *jugar al salto*, jouer à saute-mouton.
- 31 lusus muscae aeneae [3]; *la gallina ciega*, co-lin-maillard.
- incivilis, e, *brutal*, *brutal*.
 33 + cometa, ae, *cometa*, cert-volant.
 34 * tenniludium, ii, n. [*tennisia*, ae], *tenis*, *tennis*, *gymnas*, *ădis*, f., *deporte*, *sport*.
 35 oscillum, i, n., *columpio*, *balançoire*.
 36 * pediludium, ii, n., *balompié*, *football*.
 38 ludus velitaris, *marro*, *jeu de barres*.
 truculentus 3, *brutal*, *brutal*.
 37 + birota, ae, *bicicleta*, *bicyclette*.
 tolutim, adv., *al trot*, *au trot*.
 incitato cursu, *a galope*, *au galop*.

LOCUTIONES

capite operto (CIC. C. M. 34), *involuto*, *velato* (CIC. N. D. 2, 10), *con la cabeza cubierta*, *velada*.

Caput dolet (PL. Amph. 1059), *me duele la cabeza*.

Demissso capite (CIC. Clu 58), *con la cabeza baja*, *cabizcaído*.

Nec caput nec pes sermonis appetet (PL. Asin 729), *estos razonamientos no tienen pies ni cabeza*.

Capita aut navial, (*jugar a*) *cara o cruz* [=de un lado estaba grabado un dios, del otro una nave]

Quot capitum vivunt, totidem stolidorum milia, (HOR. Sat. 2, 127), *tantas cabezas, tantos gustos; de gustos no hay nada escrito*.

Id quod caput est (CIC. Pis. 47), *lo principal, lo esencial*.

Pedibus (CIC. C. M 34), *a pie*; (CAES B. G. 3, 12), *por vía terrestre*.

Pedibus mereri (LIV. 24, 18, 9). *servir en el ejército de infantería*

Ad pedes pugna venerat (LIV. 21, 46, 6), *la lucha había llegado cuerpo a cuerpo*

Talaria videre (CIC. Att. 14, 21, 4), *prepararse para huir*, (examinar el calzado): HINC: talaria capere = *tomar las de villadiego*.

Homo emunctae naris, *hombre de nariz fina, inteligente, atildado, hábil en conocer los defectos ajenos*.

Discere palaestram (CIC. De or. 1, 73), *aprender la gimnasia*.

Amoto ludo (HOR. Sat. 1, 11, 27), *juegos aparte*.

Ludun, alicui facere, sugerere (CIC. Plaut), *hacer una jugada, burlarse de*.

JOSEPHUS M.º MIR, C. M. F.

PRODIIT

T. LIVII HISTORIAE SELECTAE o VIÑETAS HISTÓRICAS DE T. LIVIO

edición escolar preparada por el R. P. Carlos E. Mesa, C. M. F.

Venit apud «Textos Palaestra», Lauria, 5 - Barcelona

Edición de sólo texto, 72 págs. 3 ptas.

Edición de texto y notas, IX 134 págs: 6 ptas.

³ Quos ludos descriptos invenies in «Alma Roma», 1942, fasc. 12, p. 96.

Commercium epistulare

Michaël Ramos C. M. F. Rdo. P. Josepbo Mir sodali carissimo S. P.

Quo pacto nescio toties in mentem venerit ad te litteras dandi et quidem Latino sermone, quin occasionem nanciserer: nec semel sed saepius istud operis sum agressus. Negotia vero scholae, ipsemet scribendi labor ad moras interponendas contulerunt. Hodie tamen, ceteris praetermissis, consilium est ut tecum aliquid litteris colloquar, etsi labore ad multam noctem protrahere sum coactus. Hoc consilium litterae tuae firmarunt non ante multos dies acceptae: tibi gratias.

Omnia quae tuis litteris commendas fideliter et sine mora praestabo, ne forte succenseas nostraque necessitas, ni potius fraternitas dicenda, praecidatur. Alia jocosa ad te D. j., mittam postquam carissimum Meissner absolvam atque optatissimum Nepotem, eisque valedicam. Jam morarum me pudet. Notulis brevis ero, si tamen possim: quod, si nimis protrahatur libellus, et minuere, et adstringere fas erit.

Nunc autem a te quaero quid de ratione scribendi praeteritum «repperi» videatur: placeatne scribere «reperi», an potius littera «p» iteranda.

Verbis meis omnibus salutem dic, etiam alumnis. Vale ut valeam.
Alabona, Kalendis Nov.

Jos. M. Mir carissimo Michaëli Ramos S. P.

Tandem, o bone in PALAESTRAM operam contulisti. Haec vero litterarum exercitatio spero fore ut semen sit, quod in proceram se expandat arborem, plures in annum fructus ferentem.

Deverticula et curiosa tua maxime placuerunt censorque jocorum ex hoc tempore crearis. *Nepotulum* notulis interpretatum et nos et parvuli alumni a te jamdiu expectamus: in his ceterisque operam et laborem ne intermittas.

Quod autem de verbo *reperio* interrogas, sic habeto: compositum esse ex particula *re-* et *pario* puod in praeterito fl. citetur *peperi*; ideo habe: *pario-peperi*, *reperio* *repperi* (**rep(e)peri*), sic etiam *reccidi* (**rec(e)cidi*), *reppuli* (**rep(e)pulli*), *rettuli*. Vides igitur iterandam esse litteram *p* (cfr. *Pbonétique historique du latin*, NIEDERMANN, § 20).

Verba illa tua...: arduum certe negotium, quod ne summis quidem unguiculis tangam. Deus meliora!... — Nos ama et vale.

Barbastro, nonis novembribus.

EPISTOLIA SOLUTA

Dno JULIO G. (*Matritum*). Tuas litteras libenter accepimus. Te latino sermoni operam dare atque impense datum gaudemus. Tibi omnia ex sententia procedant.

SATURNINO P. (*Matritum*). Rescribam benebole, mi Saturnine, addamque animos atque stimulos ut, quo cepisti studio, litteras latinas ames eisque vaces. Doleo tamen epistulae tuae et carmini

quosdam irrepsisse naevulos qui, quo-
minus te victorem coronemus, obstant.
At... ne animos remittas: impigre ad
arma...

CAROLO SUÁREZ (*Corbán*). Scriptiunculae tuae non ingratae fuerunt; ne te
pudeat labor limae, bone Carole.

JOSEPHO GUILLEN, PBRO. (*Salmanticam*). Ita vivam ut tuis suavissimis inep-
tiis —quas vocas— delectari cupio. Te
auctore alumni tui in PALAESTRA concen-
tarunt neque tamen ignoras majores tri-

bui partes optimo duci, quam gregariis
militibus qui militiae artem parum cal-
lent et hostium insidias haud facile per-
spiciunt. Optimi discipuli indice mons-
trant egregium magistrum, in iisque te
computari plurimum gaudeo.— Superio-
ribus litterulis perscriptis, opusculum
tuum *De optimo genere oratorum* M. T.
Ciceronis accepi. Adversaria, quae
mittenda promittis, cum advenerint et
tempus suppetierit, perlibenter legam.
Vale.

Bibliographia

Leopoldo Juan García. — «Gramáti-
ca Griega», revisada y publicada por
D. Eustaquio Echauri. — Editorial
S. A. E T A., Madrid, 1942, 247 pgs.,
precio 14 pts.

PALAESTRAE lectoribus novam linguae
graecae Grammaticam a Dno. L. J. Gar-
cía exarataam, atque a Dno. E. Echauri
ditam, offerimus. Morphologiam tan-
tum continet. De Phonologia late (in 28
paginis) agit. In Morphología scite ad
nomina flectenda et verba in -ω et -μι fin-
ita, regulas affert, quin de verbis ir-
regularibus loquatur. Haec omnia optime
confecta. Grammaticam tamen magis-
tris utiliore, quam alumnis, propter
regularum frequentiam et nomenclatu-
ras in explicationibus adhibitas, judica-
mus. Quod quidem confirmari videtur
exercititis, quae, ut his magistri discipu-
los exerceant, credimus aptissima.

Notanda certe regularum copia, qui
bus transformationum, quas aliqua ver-
ba patiuntur, patefacit causas. Copiosa
quoque paradigmata, ad nominales et
verbales flexiones memoria retinendas,
sunt recensenda.

ALBERTUS ALONSO, C. M. F.

Enrique Basabe, S. J. — Colección de
temas estilísticos (Curso práctico de
estilística latina), — Acomodación
española de los originales del Profes-
or J. B. Gandino. - Tomo 1º, 2.ª ed.
— Ediciones FAX. Madrid. 7 ptas.

Nec novum opus nec inauditum est
quod nuper secundo P. Henricus Basa-
be, S. J. prelo mandavit. In eo loci Ci-
ceronis selecti alumnis proponuntur, in
latinum vertendi simul et imitandi.
Quem ad finem assequendum, notulae
sat frequentes apponuntur, quibus locu-
tiones, lecta verba, ipsa verborum struc-
tura indicantur. Eas fideliter insectantes,
alumni et laute et lepide exercitia red-
dent sermonemque latinum et emendate
et latine scribent.

Methodus optima, qua Syntaxis lati-
na latinumque scribendi genus mente et
animo infigatur

M. RAMOS, C. M. F

Ricardo Ruiz Carnero. — «Historia
de España». Editorial Hernando.
Madrid 360 pgs., 12 ptas.


Hujus operis scopus est in Historiae
Hispanicae rebus tironi viam patefacere.
Methodus duplarem partem complecti-

VINOS de MISA

J. DE MULLER, S. A.

TARRAGONA

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)

Proveedores de Sus Santidades
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

Garantía de absoluta pureza

EXQUISITA CALIDAD

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

HIJO DE QUINTIN RUIZ DE GAUNA


Velas Litúrgicas para el Culto

Economía increíble usando mis velas especiales con el
CAPITEL GAUNA patentado.

LÁMPARA DE CERA «GAUNA» para alumbrado del Tabernáculo. de cuatro
días de duración. ¡LIMPIEZA ABSOLUTA! ¡TRANQUILIDAD COMPLETA!

V I T O R I A (Alava)

FOTOGRABADOS
M. SOLANO



Aribau, 9, interior - Teléfono, 30255

BARCELONA

Lapiceros Mecánicos y de
cuatro colores
Plumillas oro 14 k.
y chapadas
Fornituras en General

Casa
Teflocan

PLUMAS Estilográficas
Ventas al Mayor
Fontanella, 10, 2.^o, 2.^a
Teléfono 23750
BARCELONA

ENCUADERNACIÓN, EDITORIAL Y PARTICULAR

J. NAVARRO

MATILDE, 7

BARCELONA (G.)

TEL. 78193

En las compras haced referencia a PALAESTRA LATINA

tur, quarum altera simplici narratione, gesta refert clariora; altera vero, fusius cognitiones explicat. Quamobrem varia, quibus alumnus vacet, proponit exercitia, utputa optimorum scriptorum selecta, accuratas interrogatlunculas, mnemotechnica data, memoriae mandanda, alia proponit ut lucubrations atque chartarum geographicarum delineationem. Laudandus Dnus. R. Carnero, praesertim, eo quod ex nostro carminum gestorum libro (*Romancero*) fragmenta delegerit optima.

Nonnullis imaginibus illustratur libellus quibus aptior pueris redditur

MARIANO MOLINA, C. M. F.

Julián Gil de S. — *Método práctico para traducir latín*. Madrid. 30 pgs.

Quattuordecim leges vere practicas tradit. Cum de relativo pronomine ad linguam latinam vertendo, de oratione finali, de particulis est sermo, quae no-

tentur digna, paucis tamen et clarissimis verbis, apponit.

V. Gómez Bravo, S. J. — Prosa selecta de Autores Españoles. 2.^a ed. — Razón y Fe, Plaza de Sto. Domingo, 13 Madrid

Pater V. Gómez — Prosae orationis selectum libellum iterum in lucem edit. Auctorum scripta a saeculo decimo tertio usque ad decimum nonum in unum collegit. Capita ab auctore selectae fere omnia sunt saeculi aurei scripta, decimi noni vero fusius explicat. Ea legens maxima voluptate perfunditur animus. Quaedam tamen in opere, mea sententia, saeculi nostri excerpta desiderantur. Patris Granensis pulchritores et arte longe perfectiores et eleganti quadam praeditas simplicitate paragraphos in contionibus et in peccatorum regula hic inde invenies.

LOS BAGARIA, C. M. F.

Dilectissimi ac strenui Palaestritae alumni in Collegio Barcinonensi Cordis Mariae.

*Dilectissimi: Cum ad nos pervenisset commentarius cui titulus est «Palaestra Latina» adeo affecti sumus gaudio ut non possimus praetermittere quin vos certiores faciamus non deesse Banapae apud nos, qui iisdem affectibus quam vos excitemur. Banapa nomen est Seminario nostro, quod solum in «Guineas» habemus. Nunc ob adjuncta temporum, triginta circiter sumus Seminaristae. Et in Ferdinandi Poo insula habitamus. Haec, ut non ignoratis, et ipsum nomen sonat, detecta est anno Domini MCDLXXII a quodam nauta lusitano, cui nomen erat Ferdinandus Poo, et sita est in sinu qui «Guineas» nomine insig-
nitur. Parva est insula nostra, sed supra modum notissima, egregia, longe ditissima. De-
coratur enim multitudine innumera ac diversa arborum medicinalium, esculentorum, cet.
Et non desunt animalia cuiusvis generis, Incolunt 33.818, incolae inter quos hispanienses
plus minusve quaterni pro centum (seu triens: 4 %) numerantur.*

Hic omnia crescent in diem, tum quod ad progressum attinet tum quod ad religionem. Et sit pro argumento: jam apud nos quatuor Sacerdotes sunt gentici, qui quondam erant nobiscum in hoc nostro almo Seminario. Rogate ergo, et operam date ut in hanc messem suam mittat Dominus operarios.

Adolphus E. OBIANG


Curiosa et jocosa




103. — 1. Pro caeli sidera! singuli lecti
tribus pesetis...



2. Mihl, mehercule, minoris erit



3. Servorum caterva munditas facit. .



4 Malum, maluml larva (duende) est
in lecto...

Quis ex PALESTRITIS de his picturis belliorum conscribet narratiunculam?

PROVIDENTISSIMUS PRAETOR

104. — Praetor quidam, vir providentissimus, tauromachiam in circo paraverat. Pluviam futuram praevidens, quae posset spectaculi splendorem minuere, edictum pervulgavit: «Si mane pluit, tauromachia habebitur vespere; si vespere, mane.»

FERDINANDUS BLASI
5.i cursus al.

Barcinone.

AENIGMA

105. — Si triginta pesetas habebas in crumena, viginti perdidisti, quid nunc habes?

—Foramen quoddam

F. LIX MIRAVE
3.i cursus alumni

Barcinone

106. Huc accede, Antoni, quare poma quae reposita in cella penaria erant manducasti?

Corrige: in pag. 26, l. 2, hujus N.ⁱ legitur fluctum, lege, fluctuum.

—Ut famulam punirem. Ita enim id apertum non relinquet.

107. MATER. — Petre, ad aromatum tabernam accede, duasque mellis libras eme; sed duobus in catinis huc affer.

PATER. — Qua de causa duobus, in catinis cum tantum unus sufficiat?

MATER. — Ut duas manus onustas habeat, sicque nequeat delibare mel.

108. PATER. — Parcus esto, et quod magno labore consecuti sumus ne brevi dilapidem. Respice avum qui Matritum venit cannabinio calceo detrito et hodie fere vices milia sunt ei.

PUER. — Et ad quid habet vices centena milia calceorum cannabinorum avus?

HERMOGENES CASTAÑO
Salmanticae, (Aspirantado Mtro Avila)

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. Ilerdensi.